Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38125
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



97

uirtutum. ac miracula sanitatū. De quibus ipse dnus
apostolis Infirmos inquit curate. mortuos suscitate.
Leprosos mundate. dmones eicite. Et rursum.
Signa autem eos qui crediderint hæc sequentur. In nomine
meo dmonia eiciunt. Linguis loquentur nouis.
serpentes tollent. & si mortiferum quid biberint non eos
nocebit. Verum siue hoc siue illud siue utrumque
designet. recte duodenarius in rationali numerus
fieri præcipitur, Ut eorum solum modo actus & miracu
la qui apostolicæ fidei & caritatis unitatem sequuntur
acceptando ee nouerimus. Cibum siquis loquatur lingues.
siquis facultates pauperibus omnes distribuat. siquis tradat
corpus suum ut ardeat. si unitatem catholicæ caritatis
non habuerit nihil mihi prodest. Recte etiam duo
lapides onichini superhumeralis eodem duodenario erant
patrum numero sculpti. Ut doctrinam fidemque
apostolorum utriusque populi iudaeorum uidelicet & gentium
futuram ee designarent. Iuxta quod eidem intellec
tualis hierusalem hoc est ecclesiæ suæ dnus per prophetam
manifeste promisit dicens. Addet terram enim et ad leua
penetrabis. & semen tuum gentes hereditabit. Quod autem
onyx rubri festur. ee coloris. singulos uidelicet habens
albis cingentibus zonis. Quis non uideat quod uel ardo
rem caritatis uellucem designet & scientiae. comitante